



Disputatio juridica inauguralis circa quaestiones juris illustres

<https://hdl.handle.net/1874/342819>

8

DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS,
CIRCA

QUÆSTIONES JURIS ILLUSTRES,

Q U A M,
FAVENTE DEO TER OPT. MAX.

Ex auctoritate Magnifici D. Rectoris,

D. JOHANNIS MUNNICKS,

Reip. Ultrajectinae Poliatri, atque in inclytâ ejusdem Academiâ
Medicinae, Anatomes & Botanices Professoris Ordinarii,

NEC NON

*Amplissimi Senatus Academicî consensu & Alma
Facultatis JURIDICÆ Decreto,*

PRO GRADU DOCTORATUS,
Summisque in UTROQUE JURE Honoribus

& Privilegiis rite consequendis,

Eruditorum Examini subjicit.

BENCHESSED JAQUES, Germanus.

Ad diem 28. Maii, hora locoque solitis.



TRAJECTI AD RHENUM,

Ex Officinâ FRANCISCI HALMA, Academicæ
Typographi, cl. Ic. LXXXV.

D E O,
PARENTI,
ET
FAUTORIBUS
S A C R U M.



DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS
CIRCA
QUÆSTIONES
JURIS ILLUSTRES.

THESSIS I.



Acta nuda, licet regulariter actionem non producant, sed tantum exceptionem l. 7. §. 4. ff. de pæt. incontinenti tamen bonæ fidei contractibus adjecta, actionem informare iisque inesse dicuntur d. l. 7. §. 5. de pæt. l. 13. C. evd. Quæritur autem an idem attribuendum sit stricti juris contractibus? Resp. pacta stricti juris contractibus adjecta reo tantum prodesse ad exceptionem: l. 40. ff. de reb. cred.

II.

Controvertitur an restitutio à minore impetrata profit ejus
A 2 fide-

4 DISPUTATIO JURIDICA

fidejussori? Versatur haec res in causa cognitione, ut ait Ulrianus l. 13. ff. de min. nam restituitur minor vel ob solam laesio-
nem per lubricum etatis, vel ob laesionem cum dolo adversarii
conunctam! Posteriore casu proderit restitutio fidejussoribus,
quo pertinet l. 2. C. de fidejuss. min. l. 7. §. 1. l. 19. ff. de except.
Priore casu videndum est an fidejussor simpliciter intercesserit,
scilicet non tanquam pro minore, sed tanquam pro defensore,
quo casu restitutio minoris fidejussori prodest, ut in l. 51. ff. de
Procur. Alius specialis casus est in l. 89. ff. de acq. hered. An vero
fidejussor sciens pro minore intercesserit, quia cum eo con-
trahens fidem ei non habet propter incertitudinem etatis ac re-
stitutionis, hoc casu restitutio non proderit, quo spectat l. 1.
et 2. in pr. C. de fidejuss. minor. id enim tunc actum videtur ne
fidejussori subveniatur in necem creditoris d. l. 13. ff. de
min.

I I I.

An in transactione ultra Dimidium laeso competit beneficium
l. 2. C. de ref. vend. ambigitur? Et puto non competere per
l. 78. §. ult. ff. ad SCtum Treb. Transactio enim fit de re dubia,
cujus certa estimatio dari nequit.

I V.

Anceps ac multum agitata est quæstio, utrum licet judici,
neglectis allegatis & probatis, secundum privatam suam eamque
certissimam scientiam judicare? quod negamus per l. 6. §. 1. ff.
de off. Pres. Nisi aliquis criminis præcipue accusatus, quem ju-
dex certissime innocentem scit, nocens probatus fuerit. Judex
enim hoc casu, si res aliter expediri nequit, reum absolvere
tenetur.

V.

Jure novo ad filii intestato mortui hereditatem admittitur
pater

A D I C I N A U G U R A L I S.

5

pater cum fratribus defuncti in capita Nov. 118. cap. 3. Hinc oritur difficultas, an testamento filii, mota à patre quærela, rescisso, etiam cum patre locus sit fratribus, si turpis persona instituta non fuerit, an vero non? Mihi negantium sententia probabilior videtur, his enim nulla facta est injuria l. 27. C. de in off. test. sed tantum patri l. 15 ff. de in off. test.

V I.

Ipsum jus ususfructus utpote personæ ususfructuarii inseparabiliter inhærens l. 15 ff. fam. ercise. soli proprietario potest cedi §. 3. Inst. de u. usr. si autem extraneo cedatur nihil agitur, id est, in extraneum non transit, sed manet penes ususfructuarium arg. l. 5. C. si mancipium ita fuerit alienatum. l. 11. l. 41. §. 1. l. 206 ff. de R. J. c. non præstat de R. J. in 6. His accedit quod regulariter actus agentium non debeant operari ultra eorum intentionem l. 19. ff. de reb. cred. præsertim hic ubi agitur de damno vi-

V I I.

Secundum l. hac edicte l. 6. C. de sec. nupt. non licet testamento plus relinquere coniugi secundo quam uni ex liberis prioris matrimonii, cui minimum reliquerit. Sed quid respondebimus, si plus relictum sit non coniugi secundo, sed liberis ejus ex priore matrimonio? Mihi dicendum videtur id non licere arg. d. l. 6. in fine. Nisi forsitan justissima causa aliud suadeat.

V I I I.

Trita nec minus celebris est quæstio, an exceptio non numeratae pecuniae possit opponi post biennium, si reus onus probandi in se recipiat? Quod nego per l. 8. 10. & 14. C. de non num. pec.

A 3.

IX. Non

6 DISPUTATIO JURIDICA

I X.

Non minor est inter DD. Disputatio, an præter 14. exhereditationis causas, in Nov. 115. cap. 3. enumeratas, admittantur graviores aut æque graves? Affirmantium sententiæ subscribo per l. 11. 12. & 27. ff. de leg. Sed an hæ leges locum habent in pænalibus? Affirmo per l. 11. ff. de poen. l. 13. ff. de testib. l. 7. §. 3. ff. ad leg. Jul. maj. l. 7. §. 2. de Jurisd.

X.

Perfecta emptione venditione, scilicet cum de re & pretio convenit non liberatur vendor præstanto id quod interest, sed rem ipsam, nisi desit facultas, præcise tradere tenetur l. 11. §. 2. l. 46. ff. de act. empt. l. 6. de resc. vend.

X I.

Notissima inter Jctos agitur controversia, utrum actio de tigno juncto ex lege xii. tabularum in duplum competens, etiam detur adversus eum qui bona fide junxit? Quod affirmo l. 23. §. 6. ff. de Reivind. l. 6. ff. ad exhib. §. 29. Inst. de rer. div.

X I I.

Non conveuit inter prudentes utrum emptor hereditatis habeat jus accrescendi? Et verius puto non habere. Non enim incontractibus locum habet arg. l. 110. ff. de V. O.

X I I I.

Operose inter se Interpretes contendunt, utrum inter verbis tantum conjunctos locus sit juri accrescendi? Affirmantium sententia mihi magis arridet per l. unicam §. 10. C. de Cad. toll. junct. l. 142. ff. de V. S. l. 16. §. ult. de legat i. l. 89. de legat. 3.

XIV. Actio-

X I V.

A&tionem Paulianam in personam esse alii affirmant alii negant : Ego affirmantibus adstipulor, motus l. 38. in pr. junct. 6. 4. ff. de usur.

X V.

Ventilatur vulgo hæc quæstio an fidejussor qui majorem sum-
mam spopondit quam debet reus principalis, non teneatur,
saltem ad concurrentem? Distinguit probabiliter Bachovius, an
creditor majorem summam stipulatus sit, quo casu fidejussor
non tenetur per l. 8. §. illud l. 16. §. 1. ff. de fidejus. & mand.
an vero creditor stipulatus sit eandem, & fidejussor majorem,
promiserit quo casu tenetur ad summam concurrentem secun-
dum l. 1. §. 4. l. 83. §. 3. de verb. Obl.

X V I.

Gravissima solet moveri controversia, an fratum filii solis
succedentibus patruo, hæreditas dividenda sit secundum stirpes
an vero secundum capita. Ego secundum capita dividendam
existimo arg. l. 1. §. ult. si pars hered. pet. & textu expresso in l. 2.
§. 2. de su & leg. hered. quæ nusquam reperitur correcta.

X V I I.

Quæstionis est an bonæ fidei possessor suos etiam faciat fructus naturales? Resp. Bonæ fidei possessorem omnes fructus tam naturales quam industrielles suos facere: nam loco domini est l. 25. §. 1. ff. de usur. l. 48. de acq. rer. dom. l. 136. de R. f.

X V I I I.

Compensatio hodie ipso jure operatur liberationem. l. ult.
C. de

8 DISPUT. JURID. INAUGURALIS.

C. de compensat. Hinc dubitatio enascitur, an omissa compensatione solutum ab adversario possit repeti condicione indebiti an vero sit agendum priore actione? Posterior affirmo per d. l. ult. §. i. *C. de compensat.*

X I X.

Inter civiles locum sibi vindicet criminalis controversia, an mandator vulneris tenedor de cæde, si ea infœcta fuerit? & verius puto cum Ant. Matthæo teneri, atque ordinaria legis Cornciæ pena coercendum esse.

X X.

Agmen denique claudant hæ positiones: In mutuo fit alienatio Exhereditio non tollit jus suitatis. Restituto contra aditionem minore non fit locus substituto.

